


99
10



The Law School

Gift of

Judge L.B. Goodman

CORPUS IURIS SUEO-GOTORUM
ANTIQUI.

Volumen VI.

Samling
af
Sweriges Gamla Lagar,

PÅ
KONGL. MAJ:TS NÅDIGSTE BEFALLNING

UTGIFVEN AF

D. C. J. Schlyter.

SJETTE BANDET.
HELSINGELAGEN. KRISTNU-BALKEN AF SMÅLANDSLAGEN.
BJÄRKÖARÄTTEN.

LUND, 1844, i BERLINGSKA Boktryckeriet.

**CODEX IURIS HELSINGICI,
CODICIS IURIS SMALANDICI PARS DE RE
ECCLESIASTICA,**

ET

IURIS URBICI CODEX ANTIQUIOR,

**CUM NOTIS CRITICIS, VARIIS LECTIONIBUS, GLOSSARIIS
ET INDICIBUS NOMINUM PROPRIORUM.**

**Helsinge-Lagen,
Kristnu-Balken af Smålands-Lagen,
och
Bjärke-Bätten,**

UTGIFNE

AF

D. C. J. Schlyter.

LUND, 1844, i BERLINGSKA Boktryckeriet.

TILL
HANS MAJESTÄT
KONUNG
OSCAR I.

Stormächtigste, Allernådigste Konung!

Det verk, hvars första under **EDERS KONGL. MAJ:TS** regering utkommande band nu i djupaste underdånighet nedlägges inför **EDERS KONGL. MAJ:TS** thron, är för **EDERS KONGL. MAJT** icke främmande. Allt ifrån

den stund, då oumbärligheten af en ny med omsorg och skicklighet bearbetad edition af fäderneslandets gamla lagar aldräfst blef inför **EDERS KONGL. MAJ:T**, af en ej mindre för rättsvetenskapens historiska studium, än för de nu gällande lagarnes förbättrande nitälskande man, i underdänighet framställd, täcktes **EDERS KONGL. MAJ:T** omfatta denna fäderneslandets och vetenskapens angelägenhet med ett interesse, som kraftigt beredde framgången af en sak, för hvars ändamålsenliga utförande åtgärder erfordrades, som öfverstego hvarje enskild mans förmåga; och då sedermera flera gånger frågor upstodo, hvarpå möjligheten af detta verks fortsättning berodde, så var **EDERS KONGL. MAJ:Ts** kraftiga beskydd städse säker borgen för en lycklig utgång. Då det varit min allvarliga föresats att ej uraktlåta någon omsorg, ej spara mig någon möda, som kunde bidra till utförandet af det i Nåder åt mig updragna verk på sådant sätt, att jag kunde det försvara inför den strängaste domaren — inför mitt eget samvete, så har jag icke förgäves hoppats att **EDERS KONGL. MAJ:T** måtte med Nådigt välbehag finna att jag sökt visa mig vara ej alldeles ovärdig det mig lemnade dyrbara förtroende. Jag vågar därför ock med full tillförsigt hoppas att **EDERS KONGL. MAJ:T** värdes med fortfarande Nådigt hägn omfatta detta fosterländska verk; och om ännu något återstår att önska för befrämjande af dess fulländning, så är jag viss att hvad Sveriges **KRONPRINS** började, det skall Sveriges **KONUNG** fullborda.

Mätte alla **Konungars Konung** välsigna och beskydda **EDERS KONGL. MAJ:T**, och låta **EDERS KONGL. MAJ:T** i en lång följd af år, hugnad af tvänne trogna folks tacksamhet, med **Rätt** och **Sanning** till bundsförvandter, blifva en prydnad för nordens urgamla throner! Detta är den innerliga önskan, hvarmed till dödsstunden framhårdar

Stormäktigste, Allernådigste Konung!

EDERS KONGL. MAJ:TS

underdånigste och tropligtigste
tjenare och undersåte
C. J. SCHLYTER.

I. PRAEFATIO AD IUS HELSINGICUM.

A. De codicibus iuris Helsingici manuscriptis.

Unicus, quantum cognitum est, iam exstans iuris Helsingici codex manuscriptus, est codex ille membranaceus a Magistro Sam. Berglind, tum Gevaliae habitante, iam vita defuncto, anno 1823 Bibliothecae Academiae Upsalensis donatus, sign. N:o 49, qui, cum calci additus sit liber iuris Uplandici de successioneibus, commemoratus est in praefatione ad ius Upl. pagg. VII, VIII. Illo loco etiam observatum est dictum librum de successioneibus medio saeculo XIV ¹⁾, ut videtur, scriptum esse, eademque manu ac ius Helsingicum, quod occupat folia 65 priora huius voluminis. Inter folia 20 et 21 unum folium abscissum est, qua re perierunt index capitum libri de successioneibus una cum parte primi capituli eiusdem libri ²⁾. Inter folia 32 et 33 sex, ut videtur, folia deperdita sunt, quae continuerunt partem capituli 2 ManhB., sequentia undecim capita et partem cap. 14 eiusdem libri ³⁾. Inter folia 40 et 41 quoque unum folium abscissum est, qua ratione perierunt index capitum libri de bonis immobilibus una cum primo capite et parte secundi ⁴⁾. Calci iuris Helsingici fol. 65 verso recentioribus ma-

1) Hunc codicem post annum 1320 scriptum esse, adparet ex *ÆB.* 16: pr.

2) Cfr. not. 1. pag. 27.

3) Cfr. not. 65. pag. 44.

4) Cfr. not. 1. pag. 60.

I. FÖRETAL TILL HEL- SINGELAGEN.

A. Om handskrifterna af Helsin- gelagen.

Den enda handskrift af Helsingelagen som, så vidt bekant är, nu finnes i behåll, är den numera aflidne Brukspatronen Magister Sam. Berglind i Gefle senast tillhöriga, och af honom år 1823 till Upsala Akademi-Bibliothek skänkta pergamentscodex, sign. N:r 49, hvilken, af den anledning, att der i slutet är tillagd Uplandslagens Ärfda-Balk, blifvit i korthet beskrifven i företalet till Upl. sidd. VII, VIII. Der är ock anmärkt att nämnde Ärfda-Balk synes vara skrifven i medlet af 14:de århundradet ¹⁾, och af samma hand som Helsingelagen, hvilken uptager de 65 första bladen af handskriften. Emellan foll. 20 och 21 är ett blad bortskuret, hvarigenom förteckningen på flockarne i Ärfda-Balken och början af första flocken gått förlorade ²⁾. Emellan foll. 32 och 33 hafva, såsom det synes, sex blad gått förlorade, innehållande en del af fl. 2 ManhB., de följande 11 flockarne och början af fl. 14 samma Balk ³⁾. Emellan foll. 40 och 41 är åter ett blad bortskuret, hvarigenom förteckningen på flockarne i Jorda-Balken samt första och en del af 2:dra flocken gått förlorade ⁴⁾. Efter Helsingelagens slut följa på andra

1) Att denne codex är skrifven efter år 1320, synes af *ÆB.* 16: pr.

2) Jfr. not. 1. sid. 27.

3) Jfr. not. 65. sid. 44.

4) Jfr. not. 1. sid. 60.

nibus additae sunt Latinae quaedam precum formulae, quae incipiunt: *Scio domine iesu christe quod in quacunque die &c.* Foll. 66 et seqq. continent librum iuris Upl. de successionibus; cum vero de ista parte codicis accuratior mentio facta sit in praefatione ad ius Upl., hoc loco tantum commorabimur in ea parte quae continet ius Helsingicum. Singuli libri, quorum tituli, minio picti, in summo foliorum margine leguntur, habent rubricas et indices capitum; litteris initialibus grandioribus pictisque ornantur. Initium capitum designatur litteris numeralibus Romanis; plerumque incipiunt capita in nova linea, littera initiali picta et altitudine duabus scripturae lineis aequali ornata; nonnulla tamen capita tantum litteris numeralibus indicantur, et littera initiali minus grandi, plerumque picta ⁵⁾. Litterae maiusculae in textu occurrentes plerumque notatae sunt rubra lineola. Littera *p* frequens est; interdum quoque loco litterae *t* occurrit, cuius rei exempla infra adferentur. Interpuncti genus, ei omnino simile, quod in iuris Vestmannici cod. B occurrit ⁶⁾, heic quoque invenitur, non tamen nisi in fine linearum; quod signum eodem modo ac in iure VM. typis expressi ⁷⁾. Scripturae specimen exhibet Tab. I, ubi quoque exhibentur quae heic occurrunt minus solitae abbreviationes. Verba vel litterae omissae supra lineam adpositae sunt ⁸⁾, nonnullis

sidan af fol. 65 några af senare händers anteknade Latinska böner, som börjas: *Scio domine iesu christe quod in quacunque die &c.* Foll. 66 o. följ. innehålla UplL:s Ärfda-Balk; och som om denna del af handskriften närmare underrättelse är meddelad i företalet till UplL., så skola vi här endast uppehålla oss vid den delen, som innehåller HelsL. Balkarne, hvilkas titlar äro med rött bläck skrifne öfverst på sidorna, hafva rubriker och förteckningar på flockarnes innehåll, och äro pryddes med stora målade begynnelsebokstäfver. Flockarnes början utmärkes med Romerska siffror, samt merendels med ny rad och en mot två raders höjd svarande målade begynnelsebokstaf; men några flockar utmärkas endast med siffror och en mindre, merendels målade begynnelsebokstaf ⁵⁾. Stora bokstäfver inuti texten äro merendels märkte med ett rött streck. Bokstafven *p* brukas här, äfven stundom i stället för *t*, hvarpå exempel nedanför skola anföras. Ett skiljetecken, alldeles likt det som förekommer i cod. B af Vestmannalagen ⁶⁾, finnes äfven här, endast i slutet af raderna; jag har här i tryck utmärkt det på samma sätt som i VML. ⁷⁾ Prof. af stilen lemnar Tab. I, som äfven uptager de här förekommande mindre vanliga förkortningar. Uteglömda ord eller bokstäfver äro tillsatta ofvanför raden ⁸⁾, på några ställen, såsom det synes, af en

5) Ita quoque incipiunt cap. 20. ManhB. et cap. 9. JB., quamobrem initium istorum capitum non aliter typis exprimi oportuisset, quam ex. c. cap. 25, 26. ManhB.

6) Vide VML. praef. pag. XXIII.

7) Ex. c. in praefatione ad v. byggæ.

8) Vide not. 9. pag. 5; not. 23. p. 10; nott. 50, 53, 58. p. 11. &c.

5) Sådant är äfven förhållandet med Fl. 20. ManhB. och Fl. 9. JB., hvarför dessa flockars början ej hade bort i tryck utmärkas annorlunda än t. ex. Fl. 25, 26. ManhB.

6) Se VML. föret. sid. XXIII.

7) T. ex. i företalet vid ordet byggæ.

8) Se not. 9. sid. 5; not. 23. s. 10; nott. 50, 53, 58. s. 11. &c.

III

locis, ut videtur, manu paullo recentiori⁹⁾; uno loco littera omissa infra lineam addita est¹⁰⁾. Verba errato scripta saepe lineola¹¹⁾, interdum rubra¹²⁾, inducta sunt; quibusdam locis subiectis punctis notata¹³⁾, vel deleta¹⁴⁾. Respectu habito regularum grammaticalium magna hic deprehenditur perplexitas; ita saepe occurrit accusativus pro nominativo, ex. c.

alla, annan, fierþung, hvan, kirkiu, skapa &c., pro allir, annar, fierþunger &c.

vel nominativus pro accusativo:

a ganga, annar, bleu, krona, klarker, nokor &c., pro a gangu, annan &c.

Ita haud raro nominativus occurrit pro genitivo vel dativo, singularis pro plurali &c. Orthographia quoque regularum fere nescia est; ita saepe *a* occurrit pro *e* vel *i*, ex. c.

bonda, böta, enna, epzöra, fora, garþa, himarikas, iorþanæ, komænda, wnan, vppa &c.

a pro *u* v. *o*:

alla, datter, frilla barn, giorþa, howazman, hværia, kunar, legka kuná &c.

æ pro *e* vel *i* in fine vocabulorum:

baþæ, biornæ, bolæ, empnæ, foræ, liftapilsæ, vtæ &c.

æ pro *u* vel *o*:

allæ, andræ, bryggjæ, delæ, fastædagh, leghædrænger, moghæ, mölnær, wath læppær, öghæn &c.

i pro *a*:

*något senare hand*⁹⁾; på ett ställe är en uteglömd bokstaf tillsatt nedanför raden¹⁰⁾. Misskrifna ord äro ofta öfverstrukna¹¹⁾, stundom med rödt streck¹²⁾; på några ställen märkta med undersatta punkter¹³⁾, eller utplånade¹⁴⁾. I grammatikaliskt afseende råder i denna handskrift mycken oreda; så förekommer här ofta accusativus i stället för nominativus, t. ex.

Likaså nominativus för accusativus:

Åfven på flera ställen nominativus för genitivus eller dativus, singularis för pluralis &c. Jämväl orthographien är ganska oregelbunden; så förekommer ofta a i stället för e eller i, t. ex.

a för *u* eller *o*:

æ för *e* eller *i* i slutet af ord:

æ för *u* eller *o*:

i för *a*:

9) Vide not. 18. pag. 28; not. 80. p. 31.

10) Vide not. 98. pag. 22.

11) Vide not. 68. pag. 21; not. 17. p. 23; not. 48. p. 24. &c.

12) Vide not. 5. pag. 4; not. 30. p. 5; not. 2. p. 36. &c.

13) Vide not. 61. pag. 11; not. 92. p. 39; not. 44. p. 91.

14) Vide not. 94. pag. 17; not. 8. p. 18.

9) Se not. 18. sid. 28; not. 80. s. 31.

10) Se not. 98. sid. 22.

11) Se not. 68. sid. 21; not. 17. s. 23; not. 48. s. 24. &c.

12) Se not. 5. sid. 4; not. 30. s. 5; not. 2. s. 36. &c.

13) Se not. 61. sid. 11; not. 92. s. 39; not. 44. s. 91.

14) Se not. 94. sid. 17; not. 8. s. 18.

IV

affrökis, andri, bötis, göri, görin, haldi, iamlingæ, malzeghindæ, oklandit, skifptis, tamin, wændis &c.

u pro a:

u för a:

annur, apulz manz, boghu böter, bughu, hælghun dagh, siælu mæssur, skylduster, taku, vilu &c.

o pro a:

o för a:

nokro, swo, worþer, worþmaþer.

æ pro a:

æ för a:

bæþæ, ræþæ, skæl, stændæ, ællom, ællær.

u pro i:

u för i:

aflung, akur, brænnur, ensamun, fæþurnæ, giptur, giværþunæ, kristnur, næmpdur, opunzdagh, provastunum, sættu, takur, wæru, þæssur, æptur &c.

i pro u:

i för u:

köpi iorþir, quarstaþi, raþini, siængi, stæmpnidagh, ængi, ærwiþi.

y pro i:

y för i:

baþy, byscupi, friþy, fryþ, guþy, næþsumbry, saklösy, synum &c.

ö pro e:

ö för e:

böndör, forö, færskö, gangör, malzeghandön, waxör, öptir.

ö pro a:

ö för a:

haldö, hindröþer, löskö læghicæ, næfsös, sarön.

ö pro o vel u:

ö för o eller u:

gööz, mölnöstap, sönz, warö.

þ pro t:

þ för t:

bruþ, hemolaþ, hwaþ, pæþurs mæssu, wiþnæ, wiþzorþ &c.

th pro t:

th för t:

alth, ath, borth, bruth, giorth, withnis, þithstlæ &c.

t pro þ vel d:

t för þ eller d:

blant, blotlæti, byutz.

gh vel g pro k:

gh eller g för k:

aghri, tagha, waghnaæ skifptæ, wagnaspiel.

fp pro f vel p:

fp för f eller p:

gifptur, hæfptum, skifpti, æfptir &c.

fw pro *f* vel *w*:

afwlae, arfws, hafwpi, halfwrae, hfwar, naefwna &c.

hw pro *w*:

hwarfripi, hwarper, hmita.

Litterae duplicantur:

aa, aarf, barnaa, gaa, gaarp, skaal, een, geet, ii, liif, bollae, minnnae, bool, boort, gooz, forrra, epzortt, huus, suua, svva, roönt &c.

Similibus consonantibus in duobus vocabulis concurrentibus, prior interdum omittitur:

skiutu(m) mötæ, KgB. 11: pr. pre(m) 13: 7. wmark(t) taki, ViþB. 15.

Litterae transponuntur:

aghuwæn, löns, lööns.

Hunc codicem, quem in notis littera **A** insignivi, non secutus est editor, qui anno 1609 primum typis vulgavit ius Helsingicum; at lectiones, quales in hoc codice inveniuntur, adnotatae sunt inter varietates calci editionis de anno 1609 adiectas; illas vero lectiones ex hoc ipso codice esse haustas, non vero ex alio huic simili, concludi potest ex iis quae ad *ViþB. 6.* adnotantur, quaeque produnt editorem male intellexisse emendationem in hoc codice factam; quo factum est ut pro *snær* legerit *snärs*¹⁵⁾.

Codicem iuris Helsingici manuscriptum iam commemoratum unicum esse qui, quantum cognitum est, iam exstet, supra dictum est. Notum illud scriptum testimoniale, a Notario publico anno 1374 editum, quod iam commemoratur in dissertatione a. 1687 a Lundio edita¹⁶⁾, postea vero publicatum est a

fw för *f* eller *w*:

hw för *w*:

Bokstäfver fördubblas:

Då lika consonanter i två ord sammanstöta, uteslutes stundom den första af dem:

markom, ÞgB. 4: 2. barn(s) sins, ÆB.

Bokstäfver omflyttas:

*Denna handskrift, hvilken jag i noterna utmärkt med bokstufven A, har ej blifvit följd då HelsL. år 1609 första gången af trycket utgafs; men dermed öfverensstämmande läsarter äro anmärkta bland de vid slutet af 1609 års edition bifogade varianter; och att dessa läsarter äro hämtade ur ifrågasvarande handskrift, och ej ur en annan dermed öfverensstämmande, kan slutas af anmärkningen vid *ViþB. 6.* som röjer ett missförstånd af en rättelse i denna handskrift, hvarigenom i stället för *snær* blifvit läst *snärs*¹⁵⁾.*

Att den nu beskrifna handskriften af Helsingelagen är den enda som, så vidt bekant är, numera finnes i behåll, är redan sagdt. Det bekanta Notarii publici betyget af år 1374, som redan omnämnes i en af Lundius år 1687 utgifven disputation¹⁶⁾, och sedermera

15) Vide not. 82. pag. 73.

16) *De legibus hyperboreis*, resp. *L. Welt*, pag. 23.

15) *Se not. 82. sid. 73.*

16) *De legibus hyperboreis*, resp. *L. Welt*, sid. 23.

Rudbeck, *Atlantica*, Vol. III. pagg. 443, 446, docet in caussa anno 1374 disceptata non minus quam quattuor codices iuris Helsingici manuscriptos inter se fuisse collatos. Dictae litterae ab Olavo Nicolai, presbytero et curato ecclesiae Tyllinge, publico "auctoritate apostolica" notario datae, referunt anno 1374 die XVI mensis Octobris, Birgero Archiepiscopo Upsaliensi constituto "in portu dicto Svartasund in paroecia Norrala et praepositura Baldanes in Helsingia suae dyocesis . . . productos et praesentatos fuisse coram ipso tres libros legum legem continentès terrae Helsingoniae, in quibus coram se legi fecit articulum illum in principio paragraphi ultimi in rubrica quae dicitur *Tingmala Balken*, qui est talis: *Sva skiptis Landum tväggia Konunga mällan at Sverikis oc Norikis birias ij Uluthräske och ledhir äptir ijsma*¹⁷⁾ *fämtan vikno langan &c.*¹⁸⁾; quibus tribus libris diligenter examinatis, adparuisse eos "omnes in illo praedicto articulo clare et expresse concordare cum libro legum eiusdem terrae Helsingiae, qui solebat reservari et custodiri ligatus catenis ferreis in

*blifvit aftryckt i Rudbecks Atlantica, 3:dje Bandet sidd. 445, 446, visar att i afseende på en förstnämnda år förekommen fråga, ej mindre än fyra handskrifter af denna lag blifvit med hvarandra jämförda. Nämnda dokument, utfärdadt af Olavus Nicolai, prest och kyrkoherde i Tyllinge, samt påflig notarius publicus, innehåller nemligen att då Årkebiskopen i Upsala Birger d. 16 October 1374 vistades i en hamn benämnd Svartasund i Norrala socken och Baldanes (Bållnäs) kontrakt, så hade för honom blifvit framvisade tre lagböcker, innehållande Helsingelagen, ur hvilka han lät sig föreläsas det stycket i början af sista capitlet i *Pingmala-Balken*, som lyder sålunda: Sva skiptis Landum tväggia Konunga mällan at Sverikis oc Norikis birias ij Uluthräske och ledhir äptir ijsma*¹⁷⁾ *fämtan vikno langan &c.*¹⁸⁾; och hade vid noggrann undersökning befunnits att alla dessa tre böcker på ifrågavarande ställe klarligen och uttryckligen öfverensstämde med den lagbok för Helsingland, som plägade förvaras, fästad med

17) Rudbeck, pariter ac Lundius, habet *yhmæ*; at exemplum huius scripti, quod secundum aliud apographum typis vulgavit E. M. Fant, in diss. *de territorio australi Helsingiae*, resp. I. D. Flintenberg, parte II. pagg. 30, 31, quodque ego secutus sum, veram exhibet lectionem.

18) Latinam horum verborum versionem, quae legitur apud Rudbeck, ab eo esse additam, peculiari typorum forma est indicatum. Cfr. Fant et Flintenberg l. c. Hoc vero non est observatum in commentatione O. Rabenii *de fatis litteraturae iuridicae in Suecia*, Stockh. 1772, pag. 94, ubi illud scriptum secundum Rudbeckii editionem iterum typis vulgatum est; quo factum est ut ista versio falsa specie videatur pertinere ad ipsum diploma.

17) Hos Rudbeck, likasom hos Lundius, står *yhmæ*; men det efter en annan afskrift gjorda aftryck af denna handling, som läses i E. M. Fants diss. *de territorio australi Helsingiae*, resp. J. D. Flintenberg, pars II. sidd. 30, 31, och hvilket jag följt, har den rätta läsarten.

18) Den Latinska öfversättning af dessa ord, som läses hos Rudbeck, är genom särskild stil utmärkt såsom af honom tillagd. Jfr. Fant och Flintenberg, *anf. st.* Detta är icke iakttaget i O. Rabenii *afhandling de fatis litteraturae iuridicae in Suecia*, Stockh. 1772, sid. 94, der samma dokument är å nyo aftryckt efter Rudbecks edition, hvarigenom saken fått det falska utseendet, som om nämnda öfversättning hörde till sjelfva diplomaten.

ecclesia Silanger praepositurae Medhilda eiusdem terrae et dyocesis, ad communem reipublicae illius terrae recursum et directionem," quemque librum memoratus Archiepiscopus "sibi apporari fecerat" ¹⁹⁾). Ex hoc fonte manavit commentum recentioribus temporibus confictum atque praefationi codici iuris anno 1736 confirmato a Collegio Cancellariae praemissae insertum de apographis legum, quae partim litteris runicis, partim litteris isto tempore usitatis, in lignis et trabibus incisa atque in templis aliisque publicis vel privatis aedibus catenis fixa et adservata fuerint; eodemque sine dubio fundamento, cui accedit quod citatum caput libri de iudiciis desideraretur in codicibus iuris Helsingici typis vulgatis, nititur sententia Hadorphii de antiquiore quodam iuris Helsingici codice ²⁰⁾; et Burman quoque eodem argumento firmat suam opinionem de duobus diversis iuris Helsingici codicibus ²¹⁾). Autographum di-

järnkedjor, i Silångers kyrka af Medelpads kontrakt i samma land och stift, till landets gemensamma begagnande och efterrättelse, och hvilken bok Årkebiskopen hade låtit hämta till sig ¹⁹⁾). *Det är från detta dokument den i senare tider upfunna och i Cancelli-Collegii företal till den år 1736 stadfästade lagboken uptagna dikten om "lagars afskrifter, som dels med runor, dels med då brukliga bokstäfver varit på trä och balkar upritade och med kedjor i kyrkor och andra allmänna eller enskilda hus häftade och förvarade," leder sitt ursprung; och utan tvifvel är det på samma grund, jämte den omständighet att det anförda stället i Helsingelagens Pingmala-Balk saknades i de tryckta editionerna af HelsL., som Hadorphs mening om en äldre Helsingelag stödjer sig* ²⁰⁾; *likasom ännu Burman i samma dokument finner sin mening om "tväggehanda Helsingelagböcker" bestyrkas* ²¹⁾).

19) In alio scripto eodem anno ab eodem Olavo Nicolai signato, idem locus in "libro legum terrae Helsingoniae" citatur his verbis: *Swa äru Hälsingia Raa som byrias i Vlo Thräski, och ledhir äptir Isma femptan wikna langan. Peringskiöld, Monum. Upland. pag. 4.*

20) In dedicatione editioni iuris urbici antiquioris typis vulgatae praemissa, ubi commemorat "ius Helsingiae antiquissimum" inter codices iuris qui adhuc laterent, at aliquando fortasse in lucem prodituri essent.

21) In commentatione de aetate codicum iuris provinciarum &c., *Vitterh. Hist. och Ant. Ak. Handl.*, VI. pag. 248, ubi, post alia quae confusim adfert de veteri Helsingia eiusque legibus, observat opinionem, qua duplicis generis codices iuris Helsingici exstitisse credit, eo confirmari, quod liber de iudiciis in uno codice inceperit (sic!) a descriptione limitum Sueciae et Norvegiae, quae desideratur in iure Helsingico nostro tempore ex-

19) *I ett annat dokument, samma år utfärdadt af Olavus Nicolai, anföres samma ställe i HelsL. sålunda: Swa äru Hälsingia Raa som byrias i Vlo Thräski, och ledhir äptir Isma femptan wikna langan. Peringskiöld, Monum. Upland. sid. 4.*

20) *I den i hans edition af Bjärköa-Rätten tryckta dedikation, der han nämmer "den äldsta Helsingelagen" bland de lagar som ännu voro förborgade och med tiden torde "upfinnas."*

21) *I afhandlingen om provinslagarnes ålder &c., i Vitterh. Hist. och Ant. Ak. Handl. VI. sid. 248, der han, efter annat förvirradt tal om det gamla Helsingland och dess lag, finner den meningen, "att det gifvits tväggehanda Helsingelagböcker, bestyrkas deraf att Thingmåla B. i den ena börjat (sic!) med rågångens beskrifning mellan Sverige och Norrige, hvilken saknas i den HelsL. som nu för tiden finnes;" hvarvid han återoppar de af*

ctarum litterarum iam deperditum est²²); nulla vero caussa adest, cur suspectum haberetur hoc scriptum, praesertim postquam ultimum caput libri iuris Helsingici de iudiciis ibi citatum, quod in prioribus iuris Helsingici editionibus desiderabatur, inventum est in manuscripto dicti iuris codice hodie exstante²³); quamobrem id, quod in his litteris narratur de quattuor iuris Helsingici codicibus manuscriptis inter se collatis omni iure fide dignum esse censeatur; at codicem in ecclesia Silanger adservatum runicis litteris in trabibus fuisse incisum, id in dictis litteris ne uno quidem verbo dicitur; talis e contrario sententia eo refellitur, quod iste codex appellatur "liber legum"²⁴). — Cum ius Hels. anno 1609 primum typis vulgaretur, plures adhuc exstiterunt codices illius iuris manuscripti. Illa editio sequitur manuscriptum codicem iam deperditum; ex varietatibus calci adiectis

Originaliet till anförda dokument finnes numera ej i behåll²²); men intet skäl är dock att betvifla dess äkthet, i synnerhet sedan det der anförda sista capitlet i Pingmala-Balken, hvilket saknats i de äldre editionerna af HelsL., funnits i den ännu i behåll varande handskriften af denna lag²³); och hvad i nämnda dokument berättas om de fyra jämförda handskrifterna af HelsL. kan därför med fullt skäl anses som trovärdigt; men att den i Silångers kyrka förvarade handskrift skulle varit med runor ristad på balkar, derom säges i oftanämnda dokument icke ett ord; tvärtom vederlägges denna tydning derigenom att handskriften kallas en lagbok (liber legum)²⁴). — Då HelsL. år 1609 första gången af trycket utgafs, funnos ännu i behåll flera handskrifter af denna lag. Nämnda edition är tryckt efter en numera förlorad handskrift; af de vid

stante; citat vero diplomata de anno 1374 a Peringskiöld et Rudbeck typis vulgata, in quibus itaque, ut autumat Burman, sermo esset de antiquiore iuris Helsingici codice, anno 1374 in usu manente!

22) Apographum existit in Regia Bibliotheca Stockholmiensi, inter Peringskiöldii monum. Sveog. N:o 5, sign. F. h. 5.

23) Haec descriptio limitum Sueciae et Norvegiae existit quidem sub titulo: *Om Landa Merken Emellom Sverige och Danmark*, connexa adulteratae narrationi de conventu Danaholmensi (cfr. VGL. praef. pag. XXXVI), in duobus codicibus iuris communis Christophoriani manuscriptis, qui commemorantur in praef. ad ius Upl. pag. XXXII et LI, sub N:is 53 et 110; at ista apographa mendis deformata nullius sunt momenti.

24) Cfr. O. Rabenius, l. c. pag. 93. Liber meus om *Sveriges äldsta indelning i landskap &c.*, pag. 72.

Peringskjöld och Rudbeck aftryckta dokumenterna af 1374, i hvilka alltså, enligt Burmans förmenande, fråga skulle vara om den äldre Helsingelagen, såsom ännu år 1374 gällande!

22) *En afskrift deraf finnes i Kongl. Bibliotheket i Stockholm, bland Peringskjölds monum. Sveog. N:r 5, sign. F. h. 5.*

23) *Denna förteckning på gränsorter emellan Sverige och Norrige finnes väl under titel: Om Landa Merken Emellom Sverige och Danmark, i sammanhang med den förfalskade berättelsen om mötet på Danholmen (jfr. VGL. föret. sid. XXXVI) införd i två handskrifter af K. Christoffers Landslag, hvilka äro omnämnda i företalet till Upl. sid. XXXII och LI, under N:r 53 och 110; men dessa af fel vanställda afskrifter förtjena ingen vidare upmärksamhet.*

24) *Jfr. O. Rabenius, a. f. st. sid. 93. Min afhandling om Sveriges äldsta indelning i landskap m. m., sid. 72.*

haud paucae reperiuntur quidem in codice manuscripto adhuc exstante, quo, ut videtur, usus est editor²⁵); at maior numerus varietatum debetur aliis manuscriptis codicibus; plures vero tales codices collatos esse, inde adparet, quod interdum de lectionibus, quae non inveniuntur in cod. A, adnotatum est eas in pluribus codicibus repertos esse; dicitur enim: "alii add.", "aliqui add.", "desid. in quib.", "aliqui non habent", "alii non habent"²⁶); etiamsi vero haec non accurate omnino expressa sint, id saltem certum est, duos manuscriptos codices, quorum unum secutus est, alterum contulit editor, exstitisse in eunte saeculo XVII, postea vero deperditos esse. Codicem iuris Hels. manuscriptum iam deperditum Lundii diebus exstitisse, inde concludi posset, quod ille in prolegomenis ad ius Uplandicum una cum Loccenii versione Latina editum, p. 10, ex "membranis vetustis legum Helsingicarum" citat verba: "böte ok hwar sum han taker, til thridia mans;" cum autem ista verba iam legerentur in iure Hels. typis vulgato, ManhB. 38. (excepta v. *thridia*, cuius loco ibi legitur *fjärda*), Lundius, ut videtur, tantum citare voluit ius Hels., quale illud typis erat publicatum; etiamsi vero allegare voluerit manuscriptos codices, qui dicto loco continerent lectionem a textu typis vulgato discrepantem, eumque in finem muta-

ten afvikande läsart, och om för sådant ändamål ordet fjärda blifvit ändradt till thridia, så kan det dock numera icke sättas i fråga att dylika

slutet bifogade varianter igenfinnes väl en stor del i den handskrift som ännu är i behåll, och hvilken sannolikt varit af utgifvaren begagnad²⁵), men ännu flera äro de läsarter som blifvit hämtade ur andra handskrifter; och att flera sådana blifvit jämförda, kan man finna deraf, att det stundom, om läsarter som ej finnas i cod. A, anmärkes att de finnas i flera handskrifter, då det heter: "alii add.", "aliqui add.", "desid. in quib.", "aliqui non habent", "alii non habent"²⁶); skulle man ock ej kunna lita på noggrannheten af dessa uttryck, så är det åtminstone visst att två handskrifter, hvaraf den ena blifvit följd af utgifvaren, och den andra jämförd, funnits i början af 17:de århundradet, men sedermera gått förlorade. Att en numera förlorad handskrift af HelsL. funnits ännu i Lundii tid, skulle följa deraf att han, i företalet till den jümte Loccenii Latinska öfversättning utgifna Uplandslagen sid. 10, ur gamla "membranae" af HelsL. anför orden: "böte ok hwar sum han taker, til thridia mans;" men då dessa ord stodo att läsa i den tryckta HelsL. ManhB. 38. (undantagande att der står fjärda och icke thridia), så har Lundii mening förmodligen endast varit att citera HelsL., sådan denna lag var af trycket utgifven; men om ock hans mening varit att åberopa handskrifter, som på det anförda stället innehöllo en från den tryckta texten

25) Vide pag. V supra.

26) Vide not. 54. pag. 34; not. 34. p. 43; not. 61. p. 53; not. 32. p. 57; not. 83. p. 59.

25) Se ofvanför sid. V.

26) Se not. 54. sid. 34; not. 34. s. 43; not. 61. s. 53; not. 32. s. 57; not. 83. s. 59.

verit v. *färda* in *thridia*, satis iam constat quid de huiusmodi Lundii fabulis sentiendum sit²⁷⁾. In opere a v. Savigny, Eichhorn et Göschen edito, *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft*, vol. III, ibique inserta commentatione a I. Grimm, *Literatur der altnordischen Gesetze*, dicitur quidem Lundius in dissertatione pag. V supra citata narrasse Magistrum Diurberg invenisse "tres libros legum antiquissimarum Helsingiae"; at male intellecta sunt verba Lundii, qui tantum dicit Magistrum Dan. Diurberg ei "copiam fecisse videndi" diploma supra commemoratum de anno 1374, ubi isti libri legum allegantur.

uppgifter af Lundius skulle förtjena någon upmärksamhet²⁷⁾. Uti en i 3:dje bandet af den af v. Savigny, Eichhorn och Göschen utgifna *Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft införd afhandling af J. Grimm, Literatur der altnordischen Gesetze*, säges väl att Lundius i den sid. V ofvanför anförda disputation berättar att Magister Djurberg funnit tres libros legum antiquissimarum Helsingiae; men denna uppgift grundar sig på ett missförstånd. Lundius säger endast att Magister Daniel Djurberg meddelat honom det förutnämnda dokumentet af år 1374, der de nämnda handskrifterna äro åberopade.

B. De prioribus iuris Helsingici editionibus.

B. Om Helsingelagens äldre editioner.

1. *Hälsinge Laghen, Som öfver alle Norlanden, thet är Sundhedhi, Mädelpada, Angermanland och Norrebotn, fordom brukades: Efter Then Stormächtige Höghborne Furstes och Herres, HER CARLS then Nijondes, Sverrikes, Göthes, Wändes, Finnars, Carelers, Lappers j Norlanden, the Caijanners, och Esters j Lifland etc. Konungs, nådige befallning, af Trycket vthgängin. Stockholm Åhr etc. 1609.* In fol.

Haec editio continet, praeter titulum, 28 folia, quae, ultimo excepto, litteris numeralibus Romanis signata sunt. In fine legitur: "Tryckt j Stockholm, Af Anund Olufsson Helsing. Anno 1609." Editorem huius, pariter ac ceterorum iuris codicum tempore Regis Caroli IX typis vulgatorum, fuisse Antiquarium Regni Iohannem Thomae Bureum, verisimile est²⁸⁾. Editor secutus est manuscriptum codicem nunc non exstantem, qui accuratius scriptus fuisse videtur, quam codex nostro tem-

Denna uplaga innehåller, utom titelbladet, 28 blad, hvilka, med undantag af det sista, äro numererade med Romerska siffror. I slutet läses: "Tryckt j Stockholm, Af Anund Olufsson Helsing. Anno 1609." Utgifvaren af denna så väl som de öfriga i Konung Carl IX:s tid tryckta lagböcker har troligen varit Riks-Antiquarien Johannes Thomae Bureus²⁸⁾. Han har följt en numera förlorad handskrift, hvilken synes hafva varit mera korrekt än den nu i behåll varande, eh-

27) Cfr. VML. praef. pag. XXXII.

28) Cfr. ÖGL. praef. pag. XVII.

27) Jfr. VML. föret. sid. XXXII.

28) Jfr. ÖGL. föret. sid. XVII.

pore exstans; quamvis incertum est an emendationes ex aliis manuscriptis codicibus haustae fuerint, vel ab editore temere factae. Praeter manifesta quae heic occurrunt menda typographica, ex c. bouo, mämpna, rahi &c., pro bono, nämpna, radhi &c., diversa heic deprehenduntur vitia, quae cognitioni veteris linguae editorem deficienti tribuenda sunt; ut cum *marker* occurrit in sing. pro *mark*, *mark* autem in pl. pro *marker*, *marker* in gen. pl. pro *marka*, ubi h. v. in manuscripto codice sine dubio abbreviata fuit; cumque *III*, ut, ni fallor, habuit manuscriptus codex, heic mutatum est in *fura*, ubi in dat. *furum* legi oportuisset. Calci adiectae sunt varietates quaedam, ex antiquis codicibus iuris Helsingici manuscriptis. Hae varietates, tres ultimas paginas occupantes, magnam partem, ut iam observatum est, conveniunt cum manuscripto codice nunc exstante, quo editor usus esse videtur²⁹⁾; multae vero haustae sunt ex aliis codicibus iam deperditis. Maxime in hac editione id videtur animadvertendum esse, quod ultimum caput libri de iudiciis supra commemoratum, de limitibus Sueciae et Norvegiae, heic non tantum in textu prorsus desideratur³⁰⁾, sed etiam ne verbo quidem memoratur inter varietates calci additas, quamvis minime est verisimile hoc caput omissum fuisse in omnibus codicibus manuscriptis quibus usus est editor, cum dictum caput exstiterit in quattuor istis codicibus, qui anno 1374 collati sunt, ac quoque legatur in unico manuscripto codice nunc exstante, quem praeterea inter eos fu-

ru det är ovissst om ej rättelser blifvit hämtade ur andra handskrifter, eller till och med af utgifvaren egenmäktigt gjorda. Utom de här förekommande uppenbara tryckfel, såsom bouo, mämpna, rahi &c., för bono, nämpna, radhi &c., finnas här åtskilliga fel som måste tillskrifvas bristande språkkunskap hos utgifvaren, såsom då här förekommer marker i sing. för mark, mark i pl. för marker, marker i gen. pl. för marka, uppenbarligen af den anledning att ordet i handskriften varit förkortadt; och då III, som utan tvifvel stått i handskriften, här blifvit förvandladt till fiura, fastän det i dat. bort heta furum. Vid slutet äro tillagda "Åtskildnader på någre ord som finnes vti de gamble skrefne Exemplaren i Hålsinge Laghen." Dessa varianter, som uptaga de tre sista sidorna, öfverensstämma, såsom redan blifvit anmärkt, till en stor del med den nu i behåll varande handskriften, hvilken synes hafva varit af utgifvaren begagnad²⁹⁾; men många äro hämtade ur andra, numera förlorade handskrifter. Hvad i denna edition förekommer mest anmärkningsvärdt, är att den förut omnämnda sista flokken i Pingmala-Balken, om gränsorna emellan Sverige och Norrige, här icke allenast alldeles saknas i texten³⁰⁾, utan ock icke möd ett enda ord omnämnas bland de anteknade varianterna, ehuru det alldeles icke är troligt att denna flock saknats i alla de af utgifvaren begagnade handskrifterna, då den funnits i alla fyra år 1374 jämförda handskrifterna, och äfven står att läsa i

den enda nu i behåll varande handskriften, hvilken dessutom högst san-

29) Vide pag. V supra.

30) Cfr. not. 12. pag. 85; not. 90. p. 93.

29) Se sid. V ofvanför.

30) Jfr. not. 12. sid. 85; not. 90. s. 93.

isse, quos contulit is, qui anno 1609 edidit ius Helsingicum, maxime est verisimile. — Cum iam non exstet ille manuscriptus codex, quem secutus est editor, ideoque hæc editio, qua nituntur ceterae priscae iuris Helsingici editiones, instar manuscripti codicis habenda fuerit, eam in notis designavi littera B; varietates autem calci adiectas littera C insignivi.

nolikt varit en af dem, som 1609 års utgifvare jämfört. — Enär den handskrift som blifvit följd i denna edition, hvilken ligger till grund för de öfriga äldre uplagorna af HelsL., numera ej finnes i behåll, hvarför denna edition måst behandlas såsom en handskrift, så har jag i noterna betecknat densamma med bokstafven B; de i slutet anmärkta varianterna har jag deremot kallat C.

2. *Sveriges Rijkets Landz- och StadzLagh &c. Stockholm, 1643.* (Vide ÖGL. praef. pag. XIX.)

Ius Helsingicum, una cum titulo, occupat 52 paginas notis numeralibus Arabicis signatas; primo folio verso legitur praefatio. Haec editio ex priori de a. 1609 transscripta est; titulus idem est ac in illa editione, eo excepto, quod heic imo loco legitur: "*Tryckt på nytt i Stockholm, Af Henrick Keyser, Åhr 1643.*" Tituli capitum eodem modo ac in iure Uplandico mutati sunt³¹⁾, ac, sicut in illo iuris codice, ita quoque in hoc, orthographia prioris editionis non exacte servata est. Multa praeterea menda typographica heic offenduntur, ad quae pertinent vocabula haud raro praetermissa, interdum addita. Varietates lectionum in priori editione calci additae, heic omissae sunt.

Helsingelagen uptager 52 med Arabiska siffror numererade sidor, titelbladet inberäknadt, på hvars fränsida företalet läses. Denna uplaga är aftryckt efter 1609 års edition; titlen är lika lydande, utom det att här nederst läses: "Tryckt på nytt i Stockholm, Af Henrick Keyser, Åhr 1643." Med flockarnes titlar är här likadan ändring gjord som i Uplandslagen³¹⁾; och likasom i nämnda lag, så är äfven här den äldre uplagans orthographi ej noga iakttagen. Dessutom finnas här många tryckfel, hvartill hör att ord ej sällan äro förbigångna, stundom tillagda. De i original-uplagan efteråt bifogade varianterna äro här uteslutna.

3. *Sveriges Rijkets Gamble Laghböcker &c. Stockholm, 1650.* (Vide ÖGL. praef. pag. XX.)

Ius Helsingicum, quod, una cum titulo, heic occupat 84 paginas notis numeralibus Arabicis signatas, pariter ac ius Uplandicum et ius Ostrogoticum simul edita, transscriptum est ex editione de a. 1643. Titulus idem est quem ha-

Helsingelagen, som här uptager 84 med Arabiska siffror numererade sidor, titelbladet inberäknadt, är, likasom Uplands- och Östgöotalagarne i samma uplaga, aftryckt efter 1643 års edition. Titlen är lika med den i de äldre e-

31) Vide UplL. praef. pag. LXIII.

31) Se UplL. föret. sid. LXIII.

bent priores editiones, praeterquam quod heic imo loco legitur: "Stockholm, Tryckt hoos Henrich Keyser." Manifesta nonnulla vitia typographica editionis de a. 1643 heic emendata sunt; multa vero nova menda accesserunt, inter quae id quod occurrit in *ÆB.* 3: pr., *fäster* pro *äster*, eam ob causam notabile est, quod observatum est inter varietates in editione de a. 1665 e prima editione transcriptas.

4. *Sverikes Rikes Lagh-Böcker &c.* Stockholm, 1666. (Vide ÖGL. praef. pag. XX.)

Ius Helsingicum, quod, praeter titulum, habet 25 folia notis numeralibus Arabicis quamvis maiori ex parte perperam notata, sequitur editionem de a. 1609. Titulus idem est quem habent priores editiones, praeterquam quod heic imo loco legitur:

Cum gratia & privilegio S. R. M. Sveciae. Tryckt i Stockholm, hoos Ignatium Meurer, Kongl. Booktryckiare medh egen bekostnat, ock fins hoos honom til köps. Åhr 1665.

In titulis capitum eadem mutatio heic facta est ac in editione de a. 1643. Inter menda typographica heic occurrentia observare sufficiat pluribus locis verba esse omissa. In margine additae sunt notae quibus delegatur ad locos convenientes ceterorum iuris codicum; ac quoque breves adnotationes de iis quae continet textus, ex. c. "Aff andrum sokn bönder och Präster så många som asämber," *KkB.* 2. "Taki soknamän slikan som the wilie," *KkB.* 6. &c. Varietates lectionum in prima editione calci additae heic quoque leguntur; quibus inserta est correctura mendi in editione de a. 1650 occurrentis, ut dudum est observatum.

ditionerna, utom det, att här nederst läses: "Stockholm, Tryckt hoos Henrich Keyser." Några uppenbara tryckfel i 1643 års edition äro här rättade, men många nya fel hafva kommit i stället; hvaribland det som förekommer i ÆB. 3: pr., fäster i stället för äster, har vunnit ett slags märkvärdighet derigenom, att det blifvit anmärkt bland de i 1665 års uplaga efter originaleditionen aftryckta varianterna.

Stockholm, 1666. (Vide ÖGL. praef.

Helsingelagen, hvilken, utom titelbladet, har 25 med Arabiska siffror ehuru till större delen orätt numererade blad, är aftryckt efter 1609 års edition. Titlen är den samma som i de äldre uplagorna, utom det att här nederst läses:

*Med flockarnes titlar är här samma ändring gjord, som i 1643 års edition. Bland de här förekommande tryckfel må anmärkas att på flera ställen ord äro förbigångna. I brädden äro tillagda hänvisningar till motsvarande ställen i de andra lagarne, äfvensom korta anmärkningar angående textens innehåll, t. ex. "Aff andrum sokn bönder och Präster så många som asämber," *KkB.* 2. "Taki soknamän slikan som the wilie," *KkB.* 6. &c. De i originaluplagan tillagda varianterna äro här aftryckta, hvarvid blifvit tillagd rättelse af ett fel i 1650 års uplaga, såsom nyss är anmärkt.*

Inter versiones Latinas a Loccenio conscriptas, quae commemorantur in praefatione ad ius Ostrogoticum pag. XXII, quoque legitur ius Helsingicum, excepto libro de iure ecclesiastico, de quo id tantum heic observatum legitur, illum "eundem esse cum simili titulo circa finem LL. Suec. civilium et titulo LL. Uplandic. de iure ecclesiastico, idcirco lectorem eo remitti posse." Loccenium secutum esse novissimam editionem de a. 1665, ex pluribus versionis locis adparet.

C. De hac iuris Helsingici editione.

Cum unus tantum exstet iuris Helsingici codex manuscriptus, illum, quamvis mutilum, in textu sequi necesse fuit. Locos in illo codice deperditos ex editione a. 1609 typis vulgata transscribere coactus fui; eosque, ut primo obtutu a ceteris discerni possent, obliquis litteris insignivi³²⁾. Quamvis orthographia et interpungendi ratio illis locis facile mutari potuissent convenienter usui veterum codicum manuscriptorum, ut ex. c. æ poneretur loco ä, þ loco th, punctum loco commatis &c., rectius tamen esse duxi accurate sequi textum qui transscribendus fuit; praesertim cum, hac quoque ratione, id quod deficiente manuscripto codice, ex veteri editione haustum est, tanto evidentius eluceat. Capita, ubi necessarium visum est, in paragraphos divisi; qua in re non cu-

den indelning som finnes i 1609 års samma edition äro aftryckta, blifvit

Bland de af Loccenius utarbetade Latinska öfversättningar, som äro omtalade i företalet till Östgötalagen, sid. XXII, finnes äfven Helsingelagen, med undantag af Kyrk-Balken, om hvilken här läses den anmärkning, att denna Balk är den samma som den vid slutet af Stadslagen bifogade Kyrk-Balk, hvarför läsaren dit hänvises. Att Loccenius följt den nyaste editionen af år 1665, synes af åtskilliga ställen i öfversättningen.

C. Om närvarande edition af Helsingelagen.

Då af Helsingelagen ej mera än en handskrift finnes i behåll, så har denna, ehuru defekt, måst läggas till grund för texten. De stycken, som i handskriften gått förlorade, har jag måst aftrycka efter 1609 års edition, och jag har, för att göra desamma vid första ögonkastet igenkännliga, utmärkt dem med cursif stil³²⁾. Ehuru lätt det hade varit att i dessa stycken ändra orthographi och interpunktion till den i gamla handskrifter brukliga, så att t. ex. æ sattes i stället för ä, þ för th, punkt för komma o. s. v., så har jag ansett det rättaste vara att troget följa den aftryckta texten, i synnerhet som äfven derigenom det, som i brist af handskrift är aftryckt efter den äldre editionen, måste genast falla i ögonen. Flockarne har jag, der så nödigt varit, indelat i §§, hvarvid lemnad utan afseende. De vid slutet

32) Vide not. 1. pag. 27; not. 65. p. 44; not. 1. p. 60.

32) Se not. 1. sid. 27; not. 65. s. 44; not. 1. s. 60.

ravi divisionem quam habet editio de a. 1609, ne iis quidem locis, qui ex illa editione transcripti sunt. Varietates in eadem editione calci adiectas suo quamque loco adnotavi, ubi cum textu a me edito non congruerunt. Iis locis, qui ex iure Uplandico excerpti sunt, heic, sicut in iure Vestmannico, convenientes locos iuris Uplandici propriis notis textui subiectis indicavi, in quibus signum aequalitatis (=) denotat locos maxime convenientes; verbum *cfr.* (*confer*) autem locos iuris Upl. ex quibus, etsi minus similibus, aliquid tamen transiit in ius Helsingicum.

Quod ad glossarium attinet idem observandum est, quod in praefatione ad ius VM. pag. XLII dictum est, superfluum nempe mihi visum esse in glossario iterum citare ac explicare vocabula, quae occurrunt locis ex iure Upl. haustis, eamque ob causam iam explicata sunt in glossario iuri Upl. adnexo. Circa indicem nominum propriorum, et quidem rationem, qua situm locorum in confinio Sueciae et Norvegiae, quae commemorantur in *ÞgB. 15*, determinandi periculum feci, heic nonnulla summatim observare mihi liceat. Cum linea terminalis ex *Uluþræsk* secundum *Ysmæ*, cuius longitudo definitur numero miliariorum maritimorum (*vikur*), procurreret ex septemtrione et occidente ad meridiem et orientem, etenim Norvegia a meridie et occidente, Suecia vero a septemtrione et oriente isti lineae adiaceret, ne cogitari quidem potest istum lacum vel stagnum esse lacum *Uleåträsk* in Finlandia situm; manifestum vero est dictis locis designari fines septemtrionales Iemtiae isto tempore ad Norvegiam pertinentis; quamobrem *Ysmæ* flumen fuisse in illo con-

af nämnda edition bifogade varianter har jag på sina behöriga ställen anmärkt, då de ej öfverensstämt med den af mig utgifna texten. Vid de ställen som äro hämtade ur Uplandslagen har jag här, likasom i Vestmannalagen, närmast under texten tillsatt hänvisningar till de motsvarande ställena i UplL., hvarvid genom likhetstecken (=) de med UplL. mest öfverensstämmande ställen äro utmärkta; hvaremot cfr. (confer) är satt vid sådana ställen, som, ehuru mindre öfverensstämmande med UplL., dock innehålla något som är derutur hämtadt.

*I afseende på glossarium är att anmärka det samma som i företalet till VML. sid. XLII är anfördt, att jag nemligen ansett onödigt att nu åter i glossarium uptaga och förklara sådana ord, som förekomma i de från UplL. hämtade ställen, och derför redan blifvit i UplL:s glossarium förklarade. Vid den efteråt bifogade förteckningen på ställens namn får jag, i afseende på de i *ÞgB. 15*. nämnda gränsoorter emellan Sverige och Norrige, och det sätt hvarpå jag sökt bestämma dessa orters belägenhet, här framställa några allmänna anmärkningar. Då gränslinien från *Uluträsk* längs efter *Ysmæ*, hvilken linies längd beräknas i sjömil (*vikur*), sträckte sig från nordvest till sydost, emedan Norrige låg i sydvest och Sverige i nordost om denna linie, så måste alltanke derpå, att med nämnda träsk skulle menas *Uleåträsk* i Finland, förfalla; hvaremot det är alldeles klart att härmed måste utmärkas det på den tiden till Norrige hörande Jämtlands nordliga gräns, och *Ysmæ* kan då ej vara annat än ett på denna gräns beläget,*

finio situm et ad dictam coeli plagam vergens, necesse est. Si locorum *Ulu-præsk* et *Ysmæ* situs re vera is fuerit quem equidem statuo, inde sequitur hodiernae Iemtiae partem borealem isto tempore parum habitatam vel omnino incultam, ad Sueciam pertinuisse; sicut primitus ad Sueciam pertinuit tota terra ab orientali parte montis *Kölen* sita, quamvis Iemtia et *Herdalia* ea ex ratione Norvegiae adiunctae fuerunt, quod incolas ex Norvegia emigrantes acceperunt³³). Quoque adparet illam locorum terminalium enumerationem incipere eo loco, quo confinium regnorum, ut tum erat, a monte *Kölen* recederet; ac manifestum est eum tantum in finem factam esse illam enumerationem, ut designaretur ea pars finium Norvegiae, quae, ex ratione iam commemorata, a vero regnorum confinio recederet. — Cum porro indicetur lineam terminalem ex *Þorþungægraß* declinare versus occidentem, hunc locum ibi situm fuisse necesse est, ubi fines Iemtiae ad occidentem inclinantur. Ubi vero prisci fines Norvegiae ab *Helsingia* recedunt (prope *Alveras*), et *Dalecarlia* incipit, auctor iuris *Helsingici* necessarium non duxit ulterius enumerare singula loca terminalia, sed inde uno saltu transiit ad montem *Kölen* (in *Hovær höghæ*), et porro versus meridiem ad urbem *Konghellam*. Haec sunt quae pro certis haberi posse videntur, quaeque occasionem praebent quodammodo determinandi situm ceterorum locorum in eodem capite commemoratorum, quamvis pauca tantum nomina inveniri po-

i nämnda riktning gående vattendrag. Om belägenheten af *Ulu-träsk* och *Ysmæ* verkligen varit den som jag antagit, så har den på den tiden föga eller intet bebodda nordligaste delen af det nuvarande *Jämtland* hört till Sverige, såsom förhållandet också ursprungligen var med allt det öster om bergsryggen *Kölen* belägna landet, ehuru *Jämtland* och *Herjedalen* af den anledningen kommit att blifva förenade med *Norrige*, att de blifvit befolkade genom *Norska kolonier*³³). Man finner ock att denna gränsförteckning börjas på det ställe, der den dåvarande gränsen afvek från *Kölen*; och det är klart att afsigten med samma gränsförteckning endast varit att utmärka den delen af *Norska* gränsen, som, af nyssnämnda anledning, afvek från den rätta riksgränsen. — Då det vidare tillkännagifves att gränslinien från *Þorþungægraß* afviker mot vester, så måste detta ställe hafva varit beläget der, hvaräst *Jämtländska* gränsen böjer sig i nämnda riktning. Sedan den forna *Norska* gränsen (vid *Alveras*) viker från *Helsingland*, och *Dalarne* vidtaga, har *Helsingelagens* författare ej ansett nödigt att vidare upräkna de särskilda gränsorterna, utan derifrån tagit ett enda steg till *Kölen* (vid *Hovær höghæ*), och sedan i sydlig riktning till staden *Kungälf*. Detta är hvad med någorlunda säkerhet syns kunna antagas, och hvaraf ledning kunnat hämtas till att ungefärligen bestämma de öfriga på anförda ställe nämnda orters läge, ehuru endast några få af dem kunnat igenfinnas på

32) Cfr. librum meum om Sveriges äldsta indelning i landskap &c., pagg. 44, 45.

33) Jfr. min afhandling om Sveriges äldsta indelning i landskap m. m., sidd. 44, 45.

tuerunt in chartis geographicis arte chalcographica publicatis. Qui iis utitur, quae iam potui commonstrare, nonnulla forte locorum nomina inveniet in chartis specialibus manu lineatis, quae hoc tempore mihi non in promptu fuerunt.

de allmänt tillgängliga tryckta chartorna. Med den ledning jag varit i tillfälle att lemna, torde dock ännu ett eller annat ställe kunna igenfinnas på de otryckta specialchartorna, till hvilka jag nu ej haft tillgång.

II. PRAEFATIO AD IURIS SMALANDICI PARTEM DE RE ECCLESIASTICA.

A. De codicibus iuris Smalandiae ecclesiastici manuscriptis.

